PETRI PAULI DOBREE

OBSERVATIONES ARISTOPHANEÆ

EX EDITIONE PLUTI CANTABRIGIENSI

A. 1820

SEORSIM EXPRESSÆ.

BEROLINI,
APUD S. CALVARY EJUSQUE SOCIUM.
MDCCCLXXIV.

Praemonitum.

Adiunximus huic Dobraei Adversariorum repetitae editioni eiusdem hominis docti observationes ad Aristophanem spectantes, quibus ille Porsoni Aristophanica Cantabrigiae a. MDCCCXX a se edita haud mediocriter ornaverat: qua accessione ea quae postero tempore in quarto Adversariorum volumine inde a p. 128 a Dobraeo observata sunt de Aristophane commode augeri et quasi suppleri nobis videntur. marginibus autem instituti nostri rationem secuti paginarum numeros apponendos curavimus ex editione Cantabrigiensi.

DOBRAEI OBSERVATIONES ARISTOPHANEAE.

PLUTUS.

Ed. Cant. 97

1. Suidas, Ἦν δ' ἐγώ: ἔφην δὲ ἐγώ. παρὰ Πλουτάρχῳ καὶ Ἀριστοφάνει. sed ms. C. C. C. apud Porsonum pro παρὰ Π. καὶ Α. habet ἀριστ. πλούτῳ. Nusquam occurrit haec locutio in Pluto.

1—5. infra 21. 267. Ran. 482. vel citat vel respicit Theodorus Prodromus in Βίων πράσει, mss. du Roi t. VIII. p. 141, 2.

4. Boissonadius[1]: „Cum ταυτὰ sensus esse potest, δόξῃ δὲ αὐτῷ, τῷ θεράποντι, μὴ δρᾶν ταυτὰ τῷ κεκτημένῳ *eadem hero, eadem atque herus.* Ut vitetur ambiguitas, ταῦτα omnino retinendum."

15. Citat Grammaticus Hermanni p. 374.

17. Boissonadius; „Servavissem ἀποκρινομένου, nempe τοῦ Πλούτου. Non enim putaverim versu demum 52. Chremylum primam poposcisse ab illo ominoso viae duce interrogationem: et ipse v. 56. interrogationis modus argumento esse potest non hanc esse primam. Cur

[1]) De hoc in praefatione sic scribit Dobraeus: „Transmisit vir eximius et de me optime meritus J. F. Boissonadius notulas in Plutum, extemporales quidem illas, at se dignissimas." (p. v.)

enim verbera, non verba, nisi post obstinatum vetuli Pluti silentium?" Omnium facillima Ravennatis lectio, sed ob eam ipsam causam suspecta.

27. Alibi Porsonus: „*κλεπτίστατον*. Vide J. Taylor. ad Æschin. c. Ctesiphont. p. 652. et J. Upton. Observ. in Shakespear. p. 161."

48. Boissonadius ordinat, *ὅτιή τοῦτο δοκεῖ δῆλον καὶ τυφλῷ γνῶναι*, ut 488. *φανερὸν γνῶναι πᾶσιν*. Advocat Philostr. Her. init. *θάλαττα οὐ ῥᾳδία πλεῦσαι*, ubi schol. *πλευσθῆναι*, Eundem p. 284. et notas, Elmslei. ad Heracl. 1011. Lexicon SG. Bekkeri p. 418.
98 *ἄξιος λαβεῖν ὁ μισθός*, Gail. ad Thucyd. I. 138. *ἄξιος θαυμάσαι*. Et sane, si plane constaret ita poni posse *ὅτιή*, nemo non hanc rationem amplecteretur; praesertim quum *δῆλον ὅτιή* in constructione disjungat Scholiastes Platonis, p. 36. Ruhnk. ad Sophist. p. 158. E. = 241. D. HSt. *καὶ τυφλῷ δῆλον. ἐπὶ τῶν σαφεστάτων. μέμνηται ταύτης καὶ Μένανδρος Δεισιδαίμονι καὶ Ῥαπιζομένῃ, καὶ Ἀριστοφάνης Πλούτῳ*. Sed exemplum istius positionis cum Reisigio Conjectan. p. 76. requiro. De Eq. 29. suo loco agetur. Ceterum meae notae adde Auctorem incertum *Εἱλώτων* apud Athen. XIV. p. 638. E. *τὰ Στησιχόρου —— ἀρχαῖον ἀείδειν· ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστιν ἀκούειν*. Sensum loci aperuit, collato Arist. Nub. 1360. Jacobsius. Verte, Pro *istis antiquis, Ctesippus est quem audiamus*. Vesp. 351. *κοὐκ ἔστιν ὀπῆς οὐδὲν, σέρφῳ διαδῦναι* Valckenaerius, pro *οὐδ᾽ εἰ*.

51. Hinc detortum putat Casaubonus illud Antiphanis Athen. x. p. 449. A. *τοῦτ᾽ ἔστιν, ἣν θ᾽ ὁ γρῖφος ἐνταῦθα ῥέπων*.

64. Istud *ν* [1]) saepe addit ms. Bibliorum Alexandrinus. (Grabe Proleg. cap. 2. fol. e. 1. b. ed. min.) Vide Sturzii Dial. Alex. p. 127. *Δήμητραν* in titulo hymni servat Ruhnkenius, in Cratylo Bekkerus. Ut formam legitimam

---

1) [Habet enim A. *δήμητραν*. Totam quaestionem latius patere nemo non intellegit.]

diserte agnoscit Aug. Matthiae Gr. Gr. p. 95. ed. Angl. Nub. 386. 549. *γαστέραν*, 760. *ἀέραν* Dorv.

73. *ἐργάσεσθε κοὐκ ἀφήσετον* Elmslei. Ach. 733. Idem ibid. *ἐμελλέτην* et *φθανοίτην*, 103. 485.

75. *ἡνὶ μεθίεμεν* servat Cornucopia Aldi f. 182. b. 7. et mox 77. *ἦ* Cornucop. f. 178. a. ult. Suidas v. *ἦ*, unde Lexic. Bibl. Coislin. p. 233. *ἢν ἰδοὺ ἅδε σοι* egregie restituit e ms. Schweighaeuserus Pratinae Athen. XIV. p. 617. F. ubi paulo ante lege:

καὶ γάρ ἐσθ᾽ ὑπηρέτας κώ-
μων μόνον, θυραμάχοις τε
πυγμαχίαισι νέων
θέλει παρ᾽ οἶνον ἐμμέναι στρατηλάτας.

Ablegatur ad *τὸ θυροκοπικὸν* genus tibia. Vide p. 618. C. D. Ceterum Brunckius suum errorem, edicentis ad Lysistr. 157. Ran. 1462. Av. 946. primam in *ἵημι* non posse corripi, ipse tacite damnat ad Soph. Electr. 131. Addit Seidlerus De Aristoph. Fragm. p. 25-7. Comici locum apud Stob. CXX. p. 609, 24. (501, 9. Gr.) cui adjice Stratonem vel Philemonem Athen. IX. p. 382. C. 99
XIV. p. 659. C. Bekkeri Lex. SG. p. 471. *Ἀφίημι*: *ἀφίημι καὶ ἀφίεμαι* (editur *καὶ ἀφίεμι*) *ἑκατέρως προφέρονται, καὶ συστέλλοντες καὶ ἐκτείνοντες τὴν δευτέραν συλλαβήν.* Sed Brunckio assentiri videtur Elmsleius, judex in primis idoneus, corrigens *ἢν*, *μεθίεμαι* in addendis ad Ach. 178.

89. *εἰς* citat Dawesius Misc. Crit. p. 103. ed. pr. *ὡς* servant Dorv. et sex apud Kidd. p. 608.

98. *ἑόρακά που* Tyrwhittus ad Dawesii locum.

113. Porsoni sententiam de diphthongis elidendis, ipso copiose explicante, minus plene quam voluissem, olim descripsi; „1. Tragici in certis particulis crasi utuntur, „*κἂν*, *κεἰς*, *τἂν*, etc. Mendosum *βούλομ᾽ ἀλλ᾽* Eur. „Iph. A. 407. et e Plutarcho emendandum.“ Vide Adv. p. 251. „In Soph. El. 818. recte Dawesius *ἔσομαι*

„*ξύνοικος*[1]). 2. Prisca comoedia insuper in verbis crasin „facit; *περιόψομ᾿ ἀπελθόντ᾿*, *ἐνιαυτίζομ᾿ ἀπλάκουντος*, „Ran. 512. Plato Athenaei XIV. p. 644. A. sed non „elidit; Nub. 778. 984. *καλεῖν* et *ἀπάγχειν* cum Dawesio, „1183. *ἀπολοῦσ᾿* e Rav. legendum. 3. Nova comoedia „libenter elidit. 4. Eadem in *μοι*, *σοι*, [crasin facit] „in Menandro Hermogenis de Inv. IV. 11. (Bentl. n. 238.) „*ὁ δέ μ᾿ ἠκολούθησεν μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν*, et „in aliis indubiae fidei exemplis.“ Secundum Kiddium, ad Dawes. p. 646. statuebat, priscam comoediam nunquam, mediam aliquando, novam saepe elidere. Confer eundem pp. 473-9. Gaisford. ad Hephaest. p. 222. Maltbium Observ. ad Morell. c. 2. Blomfield. ad Æsch. Theb. p. 186. Elmsleium (*Quarterly Rev.* N. XIV.) ad Iph. A. 407. 1141. Eundem ad Œd. T. 1227. ad Iph. T. 678. (Mus. Crit. VI.) ad Med. 548. Ceterum in Menandri loco pauca quaedam omissa esse videntur; vide Plauti locum (Pors. Opusc. p. 252.) Articulum ante *μητέρα* contra linguam, ut puto, delet Bentleius.

115.[2]) Sed ecce Antiatt. Bekkeri p. 78. *Ἀναπειρίαν. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ.* Phrynichus, ibid. p. 9. *Ἀναπηρία.*
100 *διὰ τοῦ η τὴν τρίτην, οὐ διὰ τῆς ει διφθόγγου, ὡς οἱ ἀμαθεῖς. τὸ μὲν οὖν ἀνάπηρος καθωμίληται, τὸ δὲ ἀναπηρία σπάνιον.* Quare non intercedam, quo minus cum Brunckio et Porsono Adv. p. 281. ad Aristophanem referamus, sive uterque poëta voce usus est, sive erravit in auctoris nomine Pollux, ut facit non raro.

---

[1]) Ignorabat scilicet homo Anglus, ubi et quibus conditionibus transponi verba licitum sit. Aliquid tamen suspicatum esse suspiceris, qui scripserit, *When I said that transposition was a very safe remedy, I did not mean that people might transpose as they liked.* Epist ad Dalzelium, digna illa quae attente legatur, Mus. Crit. N. III. p. 334.

[2]) [Ad ipsam Plutum haec adnotaverat Dobraeus: „Suidas, *Ἀναπηρίαν. οὕτως Ἀριστοφάνης Πλούτῳ.* Unde variam lectionem in Pluto priore, *ἀναπηρίας* pro *ὀφθαλμίας*, expiscatur Brunckius. Sed Pollux II. 61. *Κρατῖνος δ᾿ ἐν Πλούτῳ, καὶ ἀναπηρίαν.*“]

Etiam vocem ζυγοποιεῖν alibi idem ex Pluto Aristophanis citat; quod ad 513. referunt; neque ego repugno. Sed videndum ne revera habuerit Pollux e Pherecrate Athen. VI. p. 269. C. qui locus omnino comparandus.

119. Imo Scholiastes Aldinus legebat εἰδὼς — ἐπεὶ, et μῶρ᾽ pro μῶρε accipiebat. Vide Hemsterhusium. Poterat Brunckius, ὁ Ζεὺς μὲν οὖν μ᾽ οἶδ᾽ ὡς, τὰ τούτων μῶρ᾽ ἐπεὶ Πύθοιτ᾽, ἂν ἐπιτρίψειε.

132. ἐστὶν om. L.[1]) 156. τί δὲ L. 164. τὸ, quod in ed. Canin. est ante χρυσίον, delet L. 291. παρασαλεύων L. 311. ἢν λάβωμεν. 327. ὄντως. 328. ἄρην. 329. οὕνεκα. 330. ὠστιζόμεθ᾽. 340. γ᾽ ὅπως. 364. οὔτι. 367. αὐτῷ. 411. κατακλίνειν ed. Canin. -νεῖν L. 424. καὶ, γάρ τοι L. (γὰρ pro gl. supra γέ τοι Dorv.) 434. ἐνθάδ᾽ L. 450. καὶ ποίαν. 475. φαίης. 499. οὐδείς. 524. τῆς ante αὑτοῦ om. L. 526. σου L. 528. οὔτ᾽ ἐν τ. 542. φορμὴν — σαπρὰν ed. Canin. φορμὸν — σαπρὸν L. 549. πτωχείας πενίαν ed. Canin. τῆς ante πτ. praef. L. 559. παρ᾽ αὐτῷ L. 593. ἔστι τἀγάθ᾽. 594. πυθέσθαι] καὶ, μαθεῖν L. pro v. l. scilicet, non scholio. 607. ἀνύειν. 631. τρόπων. 652. γεγένηται ἐρῶ L. et si recte capio, versus dividit, τἀγάθ᾽ ἃ νῦν | γεγ. 667. δὲ L. 670. πρόσπολος. 676. ἱ. τοῦ θεοῦ. 683. τὴν alterum om. L. et ἀθάρας hic et 694. habet. 699. ἐπεφίσσητο L. 720. ἔπειτ᾽. 738. ἀνειστήκει. 765. ἐν κριβανιτῶν ed. Canin. γρ. καὶ, κριβανωτῷ L. 768. φέρ᾽ οὖν et τὰ κ. L. 800. ὡς δὲ] γρ. ὁ δὲ L. 825. ἔλθωμεν L. 865. ὑμᾶς. 869. τοῦτο. 883. χθείς. 892. ὑπ᾽ ἀληθείας. 929. *πρὸς] γρ. *τις L. 939. καὶ ante κάλλιον ed. Canin. sed delet L. 967. σε χρὴ L. 986. τε delet L.

---

[1]) „L. vel Lib. L. Exemplar editionis Caninianae Lugduni apud Gryphium 1548. Fuit Andreae Dudithii, deinde Isaaci Vossii, nunc in bibl. Leidensi, Hist. 729 Catal. p. 260. Contulit vir doctus, forsan Dudithius, Plutum, Nubes, et Ranas, cum codice bonae notae. Leidam forte revisens iterum excerpsi." Dobr. Praef. p. VIII.

990. *μισγ.* L. 1000. *τε* delet L. 1023. *δ'* L. 1068. *κᾶτα* L. 1079. *ποιεῖν*] *καὶ, ἐγὼ* L. 1121. *μὲν* delet L.

145. Similis variatio 161. 169. In *πάντα ἀκολουθοῦσιν* vel *ἐπακολουθοῦσιν* consentire videntur mss. Cebetis p. 350. ed. Schw. In Sophocl. Trach. 581. (apud Fischerum) *πεπείρανται τάδε* reliquit Schaeferus, forsan consulto. In *Ἀλωαδῶν* fr. xi. *τὰ χρήματ'* ——
101 *εἰσάγουσιν* pessime Brunckius; *θακοῦσιν* e Stobaeo Porsonus Adv. p. 151. Idem ibid. p. 105-6. *μῆλ' ἐκρέματο* in Pherecr. Athen. vi. p. 269. C. Porsonum reprehendit Hermannus ad Soph. El. 430. oblitus eum *σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον* tetigisse ad Orest. 596. Notabilis locus Eupolidis apud Schol. Av. 1568.

ταδὶ δὲ τὰ δένδρα Λαισποδίας καὶ Δαμασίας
αὐταῖσι ταῖς κνήμαισιν ἀκολουθοῦσί μοι.

146. *τοῦ πλουτεῖν* Elmslei. Heracl. 287.

147. Demosth. Timocr. p. 479, n. 317. (763.) *εἰ διὰ μικρὸν ἀργύριον μὴ μετέχει τῆς πόλεως.*

Ibid. *μῖκρός.* Vide ad 240. Porson. Adv. p. 148. Kidd. ad Dawes. p. 34. In Menandro Etym. v. *ἀῤῥαβὼν* versus distingue

μικροῦ μὲν ἀῤῥαβῶνά με
ἔπεισεν εὐθὺς καταβαλεῖν.

Bentleii judicium n. 247. sane miror. Euripidi Fr. clii. apud Clem. Alex. Str. iv. p. 620. Potter. (R. Walpole Fr. Com. p. 112.) verba *μετὰ γὰρ τῶν φίλων εὐτυχεῖν τι χρὴ* exemerim, et leviter emendata, *εὐτυχεῖν δυστυχεῖν τε*, bono presbytero reliquerim. Scripserit eadem aliis verbis tragicus; sed utrum eodem an alio loco non definiverim. Etiam in sequentibus, apud Euripidem coaluisse puto

οὐδεμίαν ὤνησε κάλλος εἰς πόσιν ξυνάορον·
ἀνδρὶ συντέτηκεν, ἥτις σωφρονεῖν ἐπίσταται.

Vulgo, *ξυνάορον, ἀρετὴ δὲ ὤνησε πολλάς. πᾶσα γὰρ ἀγαθὴ γυνὴ ἥτις ἀνδρὶ συντ. σ. ε.* Omnino compara Androm. 206, 7.

166. Corrige „*Eurip. Troad.* 1261. *κατέναψε Porsonus ad Hec.* 298.“ Deinde adde, Scholion in Cant. 2. 3. 4. (nullum enim habet 1.) *Ἀττικόν ἐστι τὸ κναφεύειν, ἤγουν πλύνειν, παρὰ τὸ καινὰ φαίνειν τὰ λευκανθέντα. οἱ δὲ νεώτεροι καὶ γναφεύειν γράφουσι, παρὰ τὸ γάνος, τὸ λαμπρόν.* Etiam hic per *τοὺς νεωτέρους* non Aristophanem, sed scriptores recentiores intelligit. Ita plane Lexicon Rhetoricum Bekkeri p. 277. *Λειτουργεῖν: οἱ παλαιοὶ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦ η̄ ἔλεγον λῃτουργεῖν* —— *ὅπερ νῦν διὰ τῆς ει̅ διφθόγγου λέγεται.* Obstat, fateor, Lex. SG. Bekkeri p. 338. *Ἄγναπτος: καὶ διὰ τοῦ γ̄ καὶ διὰ τοῦ κ̄ ἔλεγον τοὔνομα.* Sed Moeris, p. 329. *πλυνεῖς, κατὰ τὴν πρώτην Ἀτθίδα. κναφεῖς, κατὰ τὴν δευτέραν Ἀτθίδα* (non *γναφεῖς*).
Ubi quid sit *ἡ πρώτη*, quid *ἡ δευτέρα Ἀτθίς*, a 102
Piersono patefactum est. Exemplis adde Machonem Athenaei XIII. p. 582. E. *θοἰμάτιον· ὁ κναφεὺς δ᾽ εἶπεν, ἂν ἐλαδίου.* ubi Aldus et ut videtur ms. *γναφεύς.* Plato Rep. x. p. 616. A. (138, 33. Ald.) *ἐπ᾽ ἀσπαλάθων κνάμπτοντες.* Bekkerus *κνάπτοντες*, Justinus M. apud HSt. *γνάμπτόντες.* Hactenus de ipsa quaestione, nunc comparanda cum Lysippi loco Phrynichi verba, e Comico Lexico, ut videtur, sumta, p. 39. Bekker. *Ἐπικαττύειν, καὶ Πτερνίζειν: τὸ παλαιὰ ἐπισκευάζειν. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τοῖς παλαιοῖς ὑποδήμασιν ἕτερα καττύματα καὶ πτέρνας προσραπτόντων. λέγουσι δὲ ἐπὶ τῶν τὰ παλαιὰ τῶν δραμάτων μεταποιούντων καὶ μεταρραπτόντων.*

173. Explicat Moschopulus *π. σχ.* p. 119. notante Boissonadio.

179. Boissonadius; „Potuit poeta respicere Laidem quandam tunc notissimam, nunc ignotissimam.“

212-3. Citat Grammaticus Hermanni p. 370.

216. Reisigio respondet Elmsleius ad Med. pp. 146. 298. Vide A. Meineke, Cur. Crit. pp. 13—14.

265. Citat Grammaticus Hermanni p. 370.

277. Lege „*modo deleantur* τὸ δ̄ καὶ τὸ ε̄ καὶ ἕως — Ἀθήναις. *Ipsi Meursio, Areopag.* XI. *init. suspecta fuit ista fabula de* X. *tribunalibus.*“ Ceterum, quod vix sperandum erat, nuper effossae sunt in agro Attico tres laminae, judicum, aut potius senatorum, γράμματα exhibentes;

1.

Δ ΔΙΟΔΩΡΟΣ
ΦΡΕΑ

2.

Β ΑΝΤΙΧΑΡΜΟΣ
ΛΑΜΠ

3.

Ε ΔΕΙΝΙΑΣ
ΑΛΑΙΕΥΣ

Vulgarunt Akerbladius, *Sopra due laminette di bronzo,* Rom. 1811. et Dodwellus in eximio opere, *Tour through Greece*, T. I. pp. 433-37. Illustrat etiam Boissonadius, Wolf. Anal. Part. 3. p. 89.

103 283. Tragicum quendam rideri putat Boissonadius.

286. πλουσίοις servat Boissonadius, ut Μίδας pendeat a ποιήσει 285.

288. καὶ χορεύειν βούλομαι citat Theodr. Prodromus, mss. du Roi, VI. p. 563. χορεύειν etiam Theophylact. Ep. 19. quem indicavit mihi Blomfieldius.

300. καταδαρθόντα etiam Elmsleius ad Ach. 274. Bekkeri Lex. SG. p. 349. Ἀηδόνειος ὕπνος: Νικόχαρις. εἰ πείσομαι τὸν ἀηδόνειον ὕπνον ἀποδαρθέντα σαυτὸν αἰτιῶ. Quae ut potui correxi:

εἴ τι πείσομαι
[νυνὶ] τὸν ἀηδόνειον ἀποδαρθὼν ὕπνον,
[αὐτὸς σὺ] σαυτὸν αἰτιῶ.

325. In Gregorio κατεβλακευμένοις etiam ed. Bas. 1550. (p. 199.) et Boissonadio monente Codex Reg. 573. Basilii scholiorum in Greg. p. 207, 1. cum hac glossa: μωραίνουσι. Ξενοφῶν ἐν τῷ περὶ ἱππικῆς βλακὸν (βλάκα Boiss.) τὸν νωθρὸν ἐκάλεσεν, ὅπερ τοῖς προκειμένοις συνᾴδει τὰ ὦτα διεφθαρμένῳ καὶ νωθρῷ τὴν διάνοιαν.

340-1. τ. ἀ. θαυμαστὸν ὅπως — οὐ μετ. Grammaticus Hermanni p. 386.

361. τοιουτονὶ Elmslei. Œd. T. 734.

368. πεπανουργηκότος Boissonadius et Valckenaerius: hic etiam in scholio. Invern. in addendis monet „Ravennatem habere πεπανουργευκότι, cum scholio, ἀντὶ τοῦ πεπανουργηκότι.“

369. σὲ μὲν Elmslei. Ach. 255. p. 121.

374. Hermannus ad Soph. Aj. 904. praefatus, ποῖ τις τράποιτο rem praeteritam, ποῖ τις ἂν τράποιτο rem futuram significare, ita pergit: „Recte dixit Aristophanes in Pluto v. 374. ποῖ τις οὖν τράποιτο, nec magis potuit adhibere ἄν, quam in simili caussa, ut credi oportet, Antiphanes apud Athenaeum I. p. 3. F. quem non debebat tentare Porsonus in Adv. p. 43. etsi πέρ in πάτερ mutanti malo quam Reisigio meo, ἄρ᾽ in Coniectaneis lib. I. p. 91. scribenti accedere.“ Quasi vero quicquam intersit, utrum dicat Blepsidemus, *Omnia tentavi, ut te loqui cogerem*, an, *Nil amplius tentabo*. Deinde nego adhuc satis probatum, in his formulis ἂν unquam omisisse tragicos, nisi forte, de quo ipso valde dubito, in melicis; multo minus comicos. In Antiphane 104 velim doceri, cujus farinae sit locutio πρὸς θεῶν πέρ, quam ne Reisigii quidem livor injuria damnatam insimularit. Profecto is est Hermannus, in quem petulantius invehi nolim; sed interdum subirascor viro eximio suam ipsius auctoritatem minuenti, dum studio quodam aut odio impulsus, quodcunque libuit, sibi credi jubet.

375. Sed quum et alii dent ἐθέλει, non invitus reciperem.

379. Porsonus in exempl. Porti: „Vide, si tanti est, Jac. Duport. Praelect. in Theophrast. Charact. p. 327.“ — Respicit Scholiastes Demosthenis, c. Timocr. p. 450. n. 75. Paris.

385. Pictorne an poeta fuerit Pamphilus dubitat Elmslei. Heracl. 11.

388. Ad Suidam v. *ἀπαρτὶ* Porsonus; „*Ἡρόδοτος*. II. 158. ut restituendum ex Grammatico Sangermanensi apud Ruhnkenium Addend. ad Herodot. p. 182, 37. ed. Wesseling. In Suida et Scholiasta ad Aristoph. Plut. 388. lege ex Herodoto *στάδιοι α*.“

398. Citat Grammaticus Hermanni p. 386.

421. Hujus loci et Ran 819. *οὔτε γὰρ Ἀθηναίοις ξυνέβαινεν Αἰσχύλος*, oblitus est Porsonus praef. Hec. p. 17. ut notat Elmsleius (*Quart. Rev.* XIV.) ad Suppl. 158. qui omnino consulendus. Addit Alexin Athenaei I. p. 23. D. IV. p. 125. F. XIII. p. 562. B. Menandrum VIII. p. 364. E. quibus adjicit Reisigius p. 134. Aristoph. Tagenist. 23. apud Harpocr. v. *ἀπολαχεῖν. οὐ μὴν ὅ γε σὸς ἀδελφὸς οὑ ἀπελάγχανεν.* Ita et ms. Gal. Locus corruptus. Ipse addo Philemonem Stob. Heeren. pp. 70, 284. (Cleric. p. 338.) *οὔτε θεὸς οὔτ᾽ ἄνθρωπος.* Eundem Stob. C. p. 551, 20. (Cler. p. 356.) *οὔτε γὰρ ἰατρός.* Sed Eurip. Bacch. 285. numero eximit Porsonus Adv. p. 264. De Av. 1613. vide suo loco. Simylus Stobaei LVIII. p. 378, 7, 9. (229.) *οὔτε φύσις ἱκανὴ, — — οὔτε πάλι τέχνη* (Porson. Adv. p. 304.) non est poeta Atticus. Tria ejus loca indicant Schneiderus et Wyttenbachius ad Plutarch. de Educ. p. 2. A. Mox in eodem lege *εὐφυῆ χορόν.* In Eur. Androm. 867. *ὦ παῖ, τό, τε λίαν*, codices secutus *τε* ejecit Musgravius. Contra in Athenione Athenaei XIV. p. 661. C. malim *ὥστε πολὺ διὰ τὰς* — pro *ὡς πουλὺ δ. τ.*

428. *ἐνέκραγες* illustrat Elmsleius Ach. 351. Thesm.
105 Sec. Athen. XV. p. 690. D. lege *οἷον ἐνέπνευσ᾽ ὁ μιαρός*, in Phylarcho Athen. XIII. p. 593. B. *ἐνέῤῥαινε τοῦ*

αἵματος τοῖς βωμοῖς, in Eur. Bacch. 200. *οὐδ' ἐνσοφιζόμεσθα τοῖσι δαίμοσιν*, ut optime Musgrav. Similia composita vide apud Porsonum et Elmslei. Ach. 843. Toupium Em. T. I. p. 350. Solennis confusio, *ἀν-* et *ἐν-*, ut Plut. 695. *ἐνέκραγ'* male Junt. 1. in Eccl. 816. „In Eur. Phoen. 379. *ἐντεράφην* Plutarchus T. II. p. 526. F." Porson. in ed. Lips. 1807. p. 569. Malim in Nub. 676. *ἐνεμάττετο*, in Vesp. 797. *ἐνοικοδομήσοι*, in Ach. 1036. *ἐνεύρηκεν*.

447. *φευξούμεθον* et similia proscribit et *-θα* legit, Elmsleius Ach. 733. p. 127. et (*Mus. Crit.* N. VI.) ad Iph. T. 777.

451. In Hermippo *ἤνεγκ' ἐνέχυρον* etiam Jacobsius.

482. *ἐάν γ'* Elmslei. Ach. 178. p. 120.

488. Athen. XIV. p. 625. B. *οὐδὲν φιλάνθρωπον οὐδὲ ἱλαρὸν ἐνδιδόντες*. De constructione vocis *ἐνδώσετε* vide Elmsleium Med. 804.

493. Ultimam in *ἅπαν* Attice produci dicunt Grammatici, quorum loca omnino vide apud Blomfield. Append. ad Æschyl. Pers. 42. Nescio an spectarint corruptum locum Ach. 997. certe *ἅπαν ἐπιτεθὲν* in Menandro Athen. IV. p. 146. F. contra Porsonum Adv. p. 70. defendunt.

499. 511. 586. 588. 613. De caesura in his versibus insolentiore vide Elmslei. Heracl. 649.

500. Citat Grammaticus Hermanni p. 379.

504. Theopompus Athenaei XII. p. 531. F. *συνῆν μετὰ τῶν ὑπάρχων*.

505. p. 61. c. 2. In Athen. X. p. 449. F. *ΒΟΥΛΕΠΙΝΕΥΜΑΤΩΝ*, XIII. p. 599. D. *ΕΙΝΣΠΕΣ* ms. In anonymi cantiuncula in Spaletti Anacreonte, p. ms. 681. (Fischer. p. 239.) pro *ΕΠΙΕΙΝ* malunt *ἐκπιεῖν*. Lege:

ἡδυμελὴς Ἀνακρέων, ἡδυμελὴς δὲ Σαπφώ·
Πινδαρικὸν δέ μοι μέλος συγκεράσας τις ἐγχεῖ.
τὰ τρία ταῦτά μοι δοκεῖ καὶ Διόνυσος ἐλθών,
καὶ Παφίη λιπαρόχροος, καὐτὸς Ἔρως ἂν εἰπεῖν.

515. Aut parodiam aut imitationem tragici hic esse monet Boissonadius. Posterius, opinor, censebat Scholiastes,
106 quum scriberet, *ἤδη τὸ ἔπος τοῦτο τῆς μέσης κωμῳδίας ὄζει.* E secundo Pluto sumptum putabat scilicet.

517. Hinc *λῆρον ληρεῖς* Gregor. De Dial. Att. init. monente Boissonadio.

531. *αποροῦσι* natum ex *ἀμελοῦσι* 516.

535. *βαλανείου.* Vide 953. et Berglerum tum ibi, tum ad Alciphr. I. 23. p. 131. Wagn. Teles. Stobaei V. p. 69, 22. *ἢ οἰκήσεις οὐ παρέχω σοι, πρῶτον μὲν χειμῶνι τὰ βαλανεῖα, θέρους δὲ τὰ ἱερά;* Loquitur *ἡ Πενία.* Indicavit Boissonadius.

546. Rara trajectio, ut ad Diodorum Stobaei LXX. p. 429, 53. (303.) *τὴν ἐσομένην καὶ ταῦτα μέτοχον τοῦ βίου,* notat Schaeferus in Gnomicis Brunckii, p. 272. Plato Rep. I. p. 341. C. *νῦν γοῦν, ἔφη, ἐπεχείρησας, οὐδὲν ὢν καὶ ταῦτα.* Julian. Caes. p. 312. B. *ἔχων καὶ ταῦτα σπουδαῖον κηδεστήν.* Schol. Rav. ad Ran. 87. (Inv. praef. p. XX.) *οὐ φροντίζετέ μου, Πυθαγγέλου καὶ ταῦτα μνημονεύοντες.* In Acharn. 167. *ἐν τῇ πατρίδι καὶ ταῦθ᾽ ὑπ᾽ ἀνδρῶν βαρβάρων* sine distinctione malim. Contra in Ran. 716. post *πόλιν* recte distinxisse videtur Brunckius. Sed insolentius etiam Plut. 259. *πρὶν ταῦτα καὶ φράσαι μοι.*

550. Alibi Porsonus: „*ἀδελφήν.* Vide Ruhnken. ad Timaei Lexic. p. 2. Theon. Smyrn. Mathemat. p. 7. Georg. Pisid. De Vit. Vanitat. 106. Foot. Commissar. Act. II. p. 38. ed. 1773. Blackston. Comment. IV. 2. p. 28. ed. septima. Johnson Vagabund.[1]) LVII." Ad Timaeum praeterea notat, „Hipponax apud Athen. III. 5. p. 78. C. Alcaeus apud Stobaeum Gesneri XCIV. p. 455. Æschyl. Theb. 509. Agam. 503. Argentarius apud Reisk. Antholog. p. 39."

555. Huc ut opinor respicit Athenaeus III. p. 113. D. E. *ὁ Κυνοῦλκος ἔφη, Δάματερ, σοφίας. οὐκ ἑτὸς ἄρα ψαμμακοσίους ἔχει μαθητάς. —— μακαρίους οὖν,*

---

1) [*The Rambler.*]

μᾶλλον δὲ μακαρίτας εἶναί φημι. Sed IX. p. 380. F. *λέξω τοίνυν κἀγὼ οὐκ ἀρχαίαν ἐπίνοιαν, ἀλλ᾽ εὕρεσιν ἐμὴν,* non dubium quin Nub. 958. spectet. Ita passim citationes per *οὐ* detorquentur; Athen. VII. p. 277. B. *κατὰ γὰρ τὸν Σοφοκλέα,——σαίνουσιν οὐραίοισιν οἱ τὴν κεκτημένην, ἀλλὰ τὰς λοπάδας.* XIII. p. 566. F. *ταυτὶ καὶ τολμᾷς σὺ λέγειν οὐ ῥοδοδάκτυλος οὖσα κατὰ τὸν Κρατῖνον, ἀλλὰ βολίτινον ἔχων θάτερον σκέλος.* Priora hexametrum apud Cratinum efficiebant, posteriora e Ran. 297. petita. XIV. p. 649. C. *δώσω σοι οἱ χρυσέους δέκα στατῆρας κατὰ τὸν Ποντικὸν λεσχηνευτὴν, ἀλλὰ τουτὶ τὸ ἔκπωμα.* Vide Plutarch. 107 tom. II. p. 318. D. Themistium p. 357. D. Demosthenes Phil. III. p. 70. n. 47. (122,8.) contrario modo; *χρυσίον ἤγαγεν εἰς Πελοπόννησον, οὐκ Ἀθήναζε.* Paulo ante in ipso decreto *οὐκ Ἀθήναζε* cum optimo ms. recte delet Bekkerus. Idem F. L. p. 266. n. 572. (442.) *ἐπειδὴ δὲ μύρια εἴργασται κακὰ, τὰς ὀφρῦς ἀνέσπακε.* Ibid. p. 270. n. 601. (449.) *ἐμοὶ δὲ δοκεῖτε ἀτοπώτατον ἁπάντων ἂν ποιῆσαι, εἰ ὅτε μὲν τὰ Θυέστου καὶ τῶν ἐπὶ Τροίᾳ κακὰ ἠγωνίζετο ἐξεβάλλετε αὐτὸν,——ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ τοῖς μεγίστοις τῆς πόλεως πράγμασι μύρια εἴργασται κακὰ, τηνικαῦτα ὡς καλὸν φθεγγομένῳ προσέχοιτε.* Versus, ut opinor, erat hujusmodi in tragoedia quam infeliciter egerat Aeschines; imo forsan eum ipsum versum male recitarat; *ἐπεὶ δὲ [Τροίᾳ] μύρι᾽ εἴργασται κακά.* Ut ad Athenaeum revertar, paulo ante p. 376. D. *ἰσίκια γὰρ ὀνομάζειν αἰδοῦμαι,* detorta ex Eurip. Orest. 37. Deinde p. 379. C. locum Platonis Apol. p. 40. A. HSt. sagaciter detexit Boissonadius in Schweighaeuseri addendis; de Demosthenico *μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι* p. 380. C. olim monuit Taylorus in proleg. ad Or. de Corona.

556. *μηδὲ ταφῆναι.* Vide Porson. ad Eccl. 588. ubi cum Dem. et Æsch. confer Æsch. Theb. 737. Soph. Œd. C. 790. Eur. Phoen. 1461—4. Ciceron. Rosc. Amer. IX. p. 130. L. p. 206. ed. Graev.

575. Respicit Photius v. *πτερυγίζειν.*

586. Hesych. *Κότινος. ἀγριέλαιος. ἢ ὁ ἐξ ἀγριελαίου στέφανος Ὀλυμπιακός. φασὶ γὰρ αὐτὸν κότινον εἶναι.* Lege *κοτίνου* vel *κοτινοῦν*. De adjectivis in *οῦς* vide Blomfield. ad Pers. 83. Elmslei. ad Med. 1129.

587. *εἴπερ.* Adde Ran. 499.

598. In Phil. 22. *σημαίνειν ἔχει* V. D. in *Quart. Rev.* VI. p. 396. minus probante Elmsleio *Ed. R.* XXXVII. p. 77. *εἴτε* supprimitur, Soph. Trach. 237. Eur. fr. inc. 155,2. Platone Ll. VIII. p. 844. D. *βοτρύων εἴτε καὶ σύκων.* In Æsch. Choëph. 994. *μύραινά γ', εἴτ' ἔχιδν' ἔφυ* Hermannus ad Viger. n. 311. quod nescio an olim probavit Porsonus. Repetendum scilicet *δοκεῖ* ante *σήπειν ἄν*, ut sibi respondeat Orestes; cujus rei indicium est *γε. μύραινα* addendum exemplis citatis ad 316.

601. Imo recentior grammaticus veternm Scholiastem
108 primum in compendium redigit, deinde refutare conatur. Vide Hemsterhusium. Neque ipsa Thomae verba nunc mutatum iverim, quanquam adhuc puto eum Plut. 601. Phoen. 620. 622. confudisse.

608. *ἐνταυθὶ* Elmslei. Ach. 733. p. 127.

621. In Piraeo, ut putat Boissonadius apud F. A. Wolf. Analect. part. 3. p. 82,

661. Pseudo-Euripides Iph. Aul. 1601,2. *ἐπεὶ δ' ἅπαν Κατηνθρακώθη θῦμ' ἐν Ἡφαίστου φλογί.*

664. *δέ που* sine interrog. Elmsl. Ach. 127. p. 118.

678. 696. *περιῇε* et *προσῇεν* Elmsl. (*Class. Journ.* N. XVII.) ad Hermanni Suppl. 752. Vide et ad Heracl. 210.

689. Imo Philemon. 293. p. 366. Cleric. citat Porsonus. Lege 290. p. 366. Eubulum recte disposuerat Grotius Exc. p. 657. De *ι* eliso adde Elmslei. (*Class. Journ.* N. XVI.) ad Hermanni Suppl. 296. Schaeferum ad Trach. 677. Markland. ad Iph. T. 1223. Hermannum Doctr. Metr. p. 55. De plurali nemo jam, opinor, contendit. Antiphanes Stobaei LVII. p. 377, 17. (227.)

ἐπὶ χρήμασ' ἰδὼν ἔμπορος φρονεῖ μέγα.

Frustra *ἰδίοις* Grotius, *χρήμασιν ἰδὼν* Brunckius in Gno-

micis. Margo Gesneri *ἰνδῶν*, i. e. *ἐπὶ χρήμασιν δ᾽, ὢν ἔμπορος, φρονεῖ μέγα*. Forsan et *φρονεῖς*. Aeque ridicula menda Brunckium ibidem elusit in Apollodoro Stobaei CXVIII. p. 601. 42. (491.) *πρὸς ἐμὲ γάρ ἐστι τοῦτ᾽ ἐκεῖν᾽ ὁδοῦ*, i. e. *ἐστι τοῦτ᾽, ἐκεῖνο δ᾽ οὔ*. In Eur. Helen. 587. *ἐκεῖ νοσοῦμεν* dudum correxerunt pro *ἐκεῖνο σοῦ μέν*. De *τοῦτ᾽ ἐκεῖν᾽, ἵν᾽ ἐσπάρημεν* Ion. 554. omnino assentior Elmsleio ad Med. 97.

699. Heniochum egregie emendat Boissonadius in Schweighaeuseri addendis. T. XIII. p. 476.

699, 704. Epicraten Athenaei II. p. 59. F. huc refert Corayius, cujus crisin magis probo quam Porsoni apud R. Walpole, pp. 20, 95.

729. *ἡμιτύβιον* citat Photius, in voce.

736. *δοκεῖ* servat Boissonadius; "*δοκεῖ* adhuc narranti, non *ἐδόκει* tantum cum res ageretur."

751. *ὄντες* a m. pr. om. Rav. apud Invern. in addendis.

754. *κ᾽ οὐσίαν τ᾽* Photius v. *οὐσία*.

755. Versum om. a m. pr. Ravennas apud Invern. in addendis.

756. In Compar. Menandr. malim *κἂν τὴν ὀφρῦν* 109
μέχρι τῶν νεφέων ἀνασπάσῃς.

758, 9. Parodiam agnoscit etiam Boissonadius.

772. *πέδον* per se optimum esse ostendit Hemsterhusius. Eurip. Andr. 1086. *τὸ κλεινὸν ἤλθομεν Φοίβου πέδον*. Iph. T. 972. *ἐς ἁγνὸν ἦλθον αὖ Φοίβου πέδον*. (Æschyl. Choëph. 1035—7. *προσίξομαι Μεσόμφαλόν θ᾽ ἵδρυμα Λοξίου πέδον, Πυρός τε φέγγος ἄφθιτον κεκλημένον*, de distinctione ambigi potest.) Sed quum saepissime in fine senariorum tragicorum occurrat vox *πέδον*, non mirum si in alienum locum invasit, ut in Eurip. Med. 1356. (1326. Elmslei.) pro *σπέος* aut *πέτραν*.

773. De Schol. vide Toup. ad. Suid. T. I. p. 333. et Porsonum p. 455.

806. Boissonadius suam sententiam protulerat, *mss. du Roi* x. p. 296.

816. Conjecisse olim se *ὁ δ' ἰπνός γε γέγονεν ἐξ. ἐλ.* sed viso Ravennate in Dawesii emendatione acquievisse narravit Porsonus. Quod ad vocis sensum attinet, ipse persuasum habeo intelligi culinam; in qua scilicet lignea omnia in ebur fuerint versa. Dicitur *ἰπνὸς ἐλεφάντινος*, ut *λύρα, σκιαδίσκη ἐλεφαντίνη, στέφανος χρυσοῖς*, et similia. Hic etiam valet aliquid rerum ordo, de quo dixi ad 1116. et in addendis.

817. Citat Schol. Ruhnkenianus Platonis ad Lysid. p. 107. E. Laemar. *ἠρτιάζομεν* Pollux Aldi priore loco.

824. *ἀκολουθεῖν μετὰ* Antiphanes Athen. III. p. 98. F. XIII. p. 565. F.

853. Boissonadius; „Ovid. A. A. II. 447. *O quater et quoties numero comprendere non est Felicem!*"

863. Vide Suid. v. *πονηροῖς κἀκ π.* in fine.

886. Boissonadius; "Philostratus Her. p. 14. *οὐδὲ ὄφις ἐνταῦθα, οὐδὲ φαλάγγιον, οὐδὲ συκοφάντης ἡμῖν περὶ τοῦ ἀγροῦ ἐπιτίθεται.*" Ceterum in Eccles. 731. vulgatam defendit locus Lys. 307. *οἰκοῦν ἂν εἰ τὼ μὲν ξύλω θείμεσθα πρῶτον αὐτοῦ*, et reliqua, ubi similiter pendet *ἄν. εἰ* pro *οὖν* tacite ediderunt Kusterus et Brunckius, e mss. procul dubio.

110 *Ibid.* *ὁπότερος ἂν μέλλει* reliquit Brunckius Ran. 1420. (1467. Kust.) In Pac. 1028. *ὁπόσ' ἂν χρεὼν ἔστιν* e Rav. Hermannus Doct. Metr. p. 418. (*χρεὼν* monosyllabon, quod forsan defendet ex Eur. Temen. fr. 15.) Menander Stob. XXI. p. 176,23. (86. Cl.) lege *κατὰ πολλά γ' ἔστι*, vel cum Porsono Adv. p. 292. *κατὰ πόλλ' ἄρ' ἐστί.* Idem ibid. LXVI. p. 419,47. (279.) *ὅστις ὢν πένης γαμεῖ* Gesn. et Grot. *ἂν* oscitanter Clericus p. 154. Vesp. 342. *λέγεις ἄληθες ἂν* corrupta. In Telete Stob. V. p. 69, 8. *οὐκ ἂν τὸ προσταττόμενον ὑπό σου ποιῶ;* lege *οὐ πᾶν.* De *ἂν* cum futuro vide ad Nub. 1156. Av. 833.

887. *ἀλλ'* in Dorv. e versu superiore ortum. In schedis olim Porsonus; *πολλή 'στι ταῦτα.*

897. *ΚΑΡ. τοῦ ψ.* et schol. *τινὲς δὲ ὁ Δίκαιος,* Rav. apud Inv. in addendis.

899. Post *θεοὶ* potius interrogandum.

911. *σοὶ* mavult Boissonadius.

913. Vide Boissonadium ad Herodian. p. 288.

918. Vulgata aliquatenus defenditur a Vesp. 585. *καὶ ταῦτ' ἀνυπεύθυνοι δρῶμεν, τῶν δ' ἄλλων οὐδεμί' ἀρχή,* et 617. *ἆρ' οὐ μεγάλην ἀρχὴν ἄρχω;* sed posteriore quidem loco reddendum *imperium.* At Demosthenes Boeot. I. p. 557, n. 13. (997.) *ἐὰν δ' ἀρχὴν ἡντινοῦν ἡ πόλις κληροῖ, οἷον βουλῆς, θεσμοθέτου, τῶν ἄλλων.* Quare videndum an a senatoribus ad judices trahi possit *τὸ ἄρχειν.* Vehementer obstat Plutarchus Solon. p. 88. A. *θῆτες, οἷς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν, ἀλλὰ τῷ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας.*

929. Notabilis variatio; tres lectiones, *προσελθέτω πρὸς ἔμ' ὑμῶν ἐνθαδὶ, προσελθέτω τις ὑμῶν ἐνθαδὶ, προσελθέτω πρὸς ἐμέ τις ἐνθαδὶ,* omnes metro congruentes, omnes glossae suspicione laborantes. Equidem malim aut *πρὸς ἐμέ τις,* aut *τις ὑμῶν,* ut distinguatur. *ἐνθαδὶ, ὁ βουλόμενος. Accedat aliquis; accedat, inquam, quilibet.*

959. Sed error est librarii, non Inveruizii. Vide Append. p. 93.

965. De hoc subjunctivo videndus in primis Elmsleius ad Heracl. 559. Med. 1242. qui de Philoct. monuit. Sed quae de praesente subjunctivi dixi, indicta velim. Vesp. 901. *φέρε νυν ἅμα τήνδ' ἐγχεάμενος κἀγὼ ροφῶ.* 984. *φέρε νυν σε τηδὶ τὴν ταχίστην περιάγω.* 1488. *φέρε νυν ἀνείπω, κἀνταγωνιστὰς καλῶ.*

Ibid. *ἔνδοθ'* Epicharmus sive alius Athenaei x. p. 411. B. In Strattidis loco apud Hemsterhusium ad 1195. et Porson. Adv. p. 297. *ἀλλὰ δᾷδας ἡμμένας μοί τις δότω τῶν ἔνδοθι* Beckius, forsan casu.

980. Etiam Iph. A. 1207. δή γε eximit Elmsleius ad Heracl. 999. In contrariam partem disputat Reisigius pp. 229—32.

998. In Plutarcho T. II. p. 1. D. non melius esse ἐπειπεῖν, quod malunt Casaubonus et Schweighaeuserus ad Athen. XIII. p. 566. A., quam vulgatum ὑπειπεῖν, monet Porsonus Opusc. pp. 89, 373. Pejus ἐπειπεῖν in Philetaero Athen. XI. p. 487. A. idem Schweig. In Athen. IV. (V.) p. 177. F. malim ἐπαρίστερον τὴν τοῦ στίχου παράληψιν ὑπειπών.

1003. Hunc proverbialem senarium citat Aristoteles Athenaei XII. p. 523. F.

1012. Dawesio et Porsono statuentibus neque dactylo neque tribracho subjici posse anapaestum, accedunt viri egregii Gaisfordius et Elmsleius. Hanc quaestionem tractat nimis, ut mihi quidem videtur, subtiliter Hermannus Doctr. Metr. pp. 126—139. sed ita ut maximo cum fructu legi possit. Si quis otio et patientia abundet, adjiciat Car. Reisigii Conject. pp. 11—86. Interea quasdam exceptiones recensebo.

(1.) Eq. 134. κρατεῖν ἕως ἂν ἕτερος ἀνὴρ βδελυρώτερος αὐτοῦ γένοιτο.

Recte libri ἕως ἕτερος—γένοιτο. Si quid mutandum, mallem χρῆν 133. cum Elmsleio; sed Ran. 773—78. comparat Reisigius p. 67.

(2.) Ach. 733. ἀκούετον δή, ποτέχετ᾽ ἐμὶν τὰν γαστέρα.

Aliorum conjecturis addatur mea, ποτεχέμεν, infinitivus pro imperativo. Vide ad Plut. 598. Ita nata fuerit vulgata ex duabus lectionibus confusis, ποτέχετε, ποτεχέμεν.

(3.) Ach. 867. Νεὶ τὸν Ἰόλαον ἐπιχαρίτως γ᾽ ἂν, ὦ ξένε.

Hinc colligo trisyllabon fuisse Thebis Iolai nomen. Dawesio p. 113. (190. K.) statuenti Aeoles non minus quam Dores Ἰόλας (Ϝιόλας) dixisse, aliquatenus favet inscriptio
112 Delphica apud Dodwell. Itin. Gr. T. II. p. 507.

ΧΑΙΡΟΛΑΣ. Sed expendenda Kiddi suspicio, *Ϝιόλειν* Aeolibus tribuentis.

(4.) Av. 108. *ποδαπὼ τὸ γένος; ὅθεν αἱ τριήρεις αἱ καλαί.*

Dele articulum ante *γένος*, ut saepe apud prosaicos scriptores, et infra 1699. *βάρβαροι δ' εἰσὶν γένος.* Ita *ὄνομα.* Compara *μέγεθος* (Av. 1128. Eubul. Ath. xi. p. 473. F.) et *μῆκος, πλάτος, πάχος, ὕψος.* Vide Inscriptionem Atticam architectonicam.

(5.) Eccles. 314. *τὰς ἐμβάδας ζητῶν λαβεῖν ἐν τῷ σκότῳ*
καὶ θοἰμάτιον. ὅτε δὴ δ' ἐκεῖνο ψηλαφῶν.

Transpone *καὶ θοἰμάτιον ἐν τῷ σκότῳ ζητῶν λαβεῖν.*

(6.) Lys. 20. *ἀλλ' ἕτερα γὰρ ἦν γε τῶνδε προὐργιαίτερα.*

γε ex uno codice Brunckius, ceteris omnibus cum Junta omittentibus. Ni fallor, vertendum „Alia sunt majoris momenti quam hoc quod nunc ago," plane contra Lysistratae mentem. Ceperunt viri docti quasi fuisset *τούτων*, „iis quae dicis." Equidem, ut in re incerta, partim cum Reisigio p. 23. e scholiis malim *ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἕτερα προὐργιαίτερα;* vel *ἀλλ' ἦν* sine interrogatione.

(7.) Lys. 922. *αἰσχρὸν γὰρ ἐπὶ τόνου γε. δός μοι νῦν κύσαι.*

Ita recte pleraeque edd. saltem quod ad literas. (Nam aliae *ἔπι τόνου*, aliae cum schol. *ἐπιτόνου*, id est, *ἐπὶ τόνου.* Vide Collat. ad Nub. 161. Eccles. 1228.) *ἐπ' ἐπιτόνου* e Suida, ut videtur, invexit editor Venetae 1538. apud Zanettum. Pollux x. 37. *ὁ δὲ τόνος* (*the sacking*) *ἐν τῇ Λυσιστράτῃ*, quod huc refert Jungermannus. Herodotus ix. 118. *τοὺς τόνους ἕψοντες τῶν κλινέων*, unde explica *τὸν τόνον τῶν ὅπλων* vii. 36. bis. Vide Athen. xiv. p. 637. F. Ibid. xv. p. 672. E. vide an legendum *καλεῖσθαι Τόνεα τὴν ἑορτήν, ὅτι ἐν τόνῳ*

(vel τόνοις) συνέβη περιειληθῆναι τὸ βρέτας. Adde Eq. 529. et Schol.

(8.) Lys. 1001. πῶς οὖν ἔχετε; μογίομες. ἂν γὰρ τὰν πόλιν.

Ita Junta. μογιῶμες et mox λυχνοφοριῶντες Brunckius ex emendatione Koenii ad Gregor. Dial. Dor. xli. Valckenaerii ad Theocr. p. 280. C. Brevem vocalem servat Elmsleius ad Ach. 729. *ΚΟΣΜΙΟΝΤΕΣ* bis, (quin et *ΟΡΜΙΟΜΕΝΩΝ*) e marmoribus Cretensibus exhibet Hesselius in Append. Praef. Inscr. Gudianarum. Sed
113 *ΚΟΣΜΕΟΝΤΕΣ* Chishullus p. 113. alterum locum detruncans, p. 122. Quare hunc locum doctioribus relinquo.

(9.) Damoxenus Athenaei iii. p. 102. C.

αἱ μεταβολαὶ γὰρ αἵ τε κινήσεις κακὸν
ἠλίβατον ἀνθρώποισιν, ἀλλοιώματα
ἐν ταῖς τροπαῖς ποιοῦσιν.

Ita legendum, sine ἐν, collatis Porsono Adv. p. 62. Hermanno p. 135. Sed neque Damoxenus, neque (10.) Machon ibid. viii. p. 346. B. εἴσαγε διὰ πασῶν Νικολᾳδας Μυκονίας, adhibendi ad metra Attica constituenda. Neque citare debebat Hermannus, p. 128. Alexin ibid. vi. p. 223. F.

ἀπόλαβε. τουτὶ δ' ἔστι τί; ὁ παρ' ὑμῶν ἐγώ.

Metrum quidem facile curabis cum Porsono Adv. p. 95. legendo *ΕΣΤΙΝ*, ὃ παρ' ὑ. ἐγώ. Sed potius suspicor deesse versus secundi initium.

(11.) Clearchus ibid. x. p. 426. A. τήνδ' ἐγὼ
μεστὴν ἅπασαν ἐπονομάσας προπίομαι
συγγενέσι πίστωμα φιλίας.

Totum locum constituo, τήνδ' ἐγὼ μεστὴν ἅπαξ
ἐπονομάσας τοῖς συγγενέσι προπίομαι
πίστωμα φιλίας. [ἀλλα γὰρ] πιὼν ἐρῶ
τὰ λοιπά. Postrema recte Schweigh.

(12.) Xenarchus ibid. xi. p. 473. F.

εἰς τὸ βαθὺ δὲ πάλιν ἄγωμεν εἰς τὸν κάνθαρον.

Malim, A. σὺ δὲ μηκέτ' ἔγχει, παιδάριον, εἰς τἀργυροῦν.

B. εἰς τὸ βαθὺ πάλιν ἄγωμεν; A. εἰς τὸν κάνθαρον,
παιδάριον, ἔγχει, νὴ Δία. Γ. ναί, τὸν κάνθαρον.

B est minister, *Α* et *Γ* convivae. In (13.) Eubulo paulo ante, ἀπειρέσιον e prava conjectura editur pro ἀρεσίας (ἀρεσίαν ms.). Verum puto Ἀρεσία, vocativum nominis, cujusmodi sunt Ἡγησίας, Δαμασίας, Κινησίας, Σωσίας. Neque meliore consilio receptum paulo post, in (14.) Pherecrate, p. 485. D. ——λαψάμενος ἐχαρύβδισε. Potius ἐκχαρυβδίζειν, vel ἐγχ. quam simplex verbum, hic latere videtur; neque de metro constat. Levi itidem opella expellenda particula, in (15.) Philemone sive alio 114
in Stobaeo LX. p. 383, 35. Gesn.=233. Grot. vel apud Cleric. p. 306. δοῦλοι βασιλέων εἰσὶν, ὁ δὲ βασιλεὺς θεῶν. Imo δὲ intrusit contra libros Grotius, magno tum orationis tum metri detrimento. (16.) E Diphilo Stob. XCIII. p. 514, 38.=383. γὰρ exemit Porsonus Adv. p. 289. (17.) Antiphanes ibid. XCVII. p. 539, 14.=419. ἅπαν τὸ λυποῦν ἐστιν ἀνθρώπῳ νόσος Ὀνόματα δ' ἔχουσα πολλὰ, neminem morabitur. In (18.) Damoxeno Athen. III. p. 103. A. ἐνίοτε δ' ἀφεστὼς, δ' delevit Hermannus. Contra in (19.) Menandro Stob. LXI. p. 393, 49.=259. apud Cler. p. 228. inserto δὲ lege, ἕτερος δ' ἀπόλωλε, in (20.) Philemone Theophili ad Autolyc. III. p. 386. ed. 1742. apud Cler. p. 374. restitue χαλεπόν γ' ἀκροατής. Transponendas particulas in (21.) Alexide Athen. I. p. 28. F. ὃς ἂν εἰς ἑτέραν ληφθῇ δ', (non ἐς contra comicorum morem ponendum) monet Porsonus Adv. p. 50. et ibid. p. 242. in (22.) Nicostrato Athenaei III. p. 111. D. λευκὸς, τὸ πάχος γὰρ, et p. 289. τὰ μετὰ γυναικὸς δ' in (23.) Menandro Stob. LXVI. p. 421, 23.=283. apud Cler. p. 232. De (24.) Anaxandride Stobaei XXXIX. p. 237, 41=159. vide ad Plut. 314. p. 38.

(25.) Athen. XIV. p. 623. F. ὁ μὲν κωμῳδιοποιὸς Εὔπολις, ἄνδρες φίλοι, φησὶ,

καὶ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον,
ἀεί τε καινὸν ἐξευρίσκει τι τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις.

Collato Grotio apud Sch. vel dele τι vel transpone

πρᾶγμ' ἔστι μουσική. Reliqua, *ἀεί τε καινὸν* etc. utrum ex Anaxila adumbrarit, an ex Eupolide sumserit, cum Jacobsio dubium puto.

(26.) Eubulus Athen. xv. p. 679. E.

στεφάνους ἴσως βούλεσθε. πότερον ἑρπυλλίνους.

